



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCIX. De Impugnatione Castri Bisene.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

runt, & fratres IV. & viri quinquaginta sunt submersi. Hanc tentationem, sicut dicitur de Job, permisit Dominus ideo fieri, ut daretur posteris Exemplum constantiae, quia licet hoc grave dampnum fratribus occurrit, nequaquam tamen incepsum opus Domini retardavit. Hoc tempore quidam de Bavaria sagittarius in Castro Raganita fuit, qui dum facto Crucis signo jaceret in stratu suo noctis tempore, & yellet dormire, venit Diabolus & momordit eum maximè in pedicam suam: iste autem de nimia læsione dolens clamavit alta voce dicens: *Quis est qui me momordit?* At ille inquit: *Ego sum Diabolus.* Et quare fecisti? Respoñdit Diabolus, quia cum reponis te ad dormiendum, facies cruces nimis nimis breves. Sequenti autem die cum hujusmodi factum coram fratribus & aliis publicaret, quæsiverunt ab eo, utrum sic fuisset de brevitate Crucis. Respondit, verè ita erat. Sed de cætero cavebo, faciam enim Cruces quæ procedunt à planta pedis usque ad verticem & ultra.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Quatuor hebdomadarum spacio. *Vid. Simon Grunov. Tratt. XI.*
5. Henneb. in Comment. ad tab. Geogr. pag. 49. Destrūctum est postea Castrum hoc, adeò ut ne vestigium quidem ejus hodiè super sit.
- (b) Perperam itaque Waifelius, qui Castrum hoc conditum esse dicit ex adverso Raganitæ. Dicit enim richt Naguit über. fol. 110. à pr. Fluit autem error ex male intellecto loco Simonis Grunovii, qui loc. cit. ita scribit: Und lieget über Raganita daß fliesz auff. Primus arcis illius provisor (Pfleger) fuit Gandolf von Brudeloy loc. *Citat.*

C A P. CCCIX.

*De**Impugnatione Castri Bisene.*

Eodem



Eodem anno in æstate frater Henricus de Plotz (a) Marschal-
cus terræ Prussiæ totum robur Exercitus sui congregavit, &
dum appropinquaret Castro Bisenc, equites sui in ortu dici i-
plum Castrum obsederunt: hi autem, qui navigio vencrant, fa-
cto ponte cum navibus suis ab Insula vicinâ per Memelam appli-
cantes Instrumentis bellicis per longum tempus fortissimè im-
pugnaverunt, licet nil proficerent. Unde aliquibus de parte fra-
trum & quibusdam, de Castrenibus vulneratis ab obsidione re-
cesserunt.

ANIMADVERSIONES.

(a) Simon Grunovius eandem recensens Historiam, Henricum à Plozk nominat magnum Commendatorem, non vero Marschalcum. Et hoc etiam Grunovium rectius fecisse, posset alicui videri. Jam enim supra diximus, Henricum hunc à Plozk à Sigfrido constitutum fuisse Commendatorem Magnum. Vix autem verisimile est, hunc Henricum posthæc & Commendatori magno esse postpositum. Verum Dusburgio hic fides denegari non potest, qui de iis scribit, quæ suo tempore contigerunt. Ut autem ad dubium illud respondeatur, notandum est, Magistratus illos supra in Notis ad Cap. CCLXXXIX. enumeratos non fuisse perpetuos; Sed saepius fuisse immutatos vel à Magistro solo, si fuerant Magistratus inferioris Ordinis, vel à Magistro & Capitulo simul, si fuerunt Magistratus Majores. Solebant enim hi singulis annis in Capitulo generali dignitatibus suis se abdicare, & tum aut ipsis Honores illi proroga-
bantur (ut fiebat plerumque) aut etiam aliis conferebantur. *Vid. Consuetud. Ord.* Sed & notandum est, semper novo Magistro ele-
cto novos quoque fuisse in eodem Capitulo electos Commendato-
res magnos Marschalcos &c nisi alicui eorum ex speciali Magistri
& Collegii Equitum gratia Magistratus esset prorogatus, ut ex Grunovii plurimis locis probari potest (Vid. ap. ipsum singulorum Mag. electiones.) Exemplum hujus rei habemus Sec. XV. Nam an. 1469. sub Henrico Richtenbergio Erasmus à Reizenstein fuit magnus Commendator; idem tamen sub Joanne à Tieffen fuit Marschalcus Ordinis. Item Philippus von Angelem fuit sub Henrico Richtebergio Marschalcus: Ast sub Joanne à Tieffen minori officio

Bbb

officio

officio præsul, cum Hospitalarius esset factus. Similiter Wilhelmus Comes ab Eisenberg sub Johanne à Tieffen fuit magnus Commendator: ait tempore Friderici Ducis Saxoniae idem factus est Marschalcus Ordinis. *Vid. Grun. Tract. 18. cap. 3. s. 11. & Tract.*

19. cap. 1.

CAP. CCCX.

De

Quadam nave bellicafacta.

POsthæc frater Wernerus (a) Commendator de Raganita fecit sibi ædificare navem bellicam cum moeniis & plures naves alias. Cum quibus dum venisset ad impugnandum castrum (b) Junigedam, ventus validus irruens in navem, violenter dejecit eam ad littus; quo viso castrenses armatæ manu invaserunt navem: Fratribus & armigeris in ea existentibus ex adverso viriliter se defendantibus. In qua pugna Lethovvni plures interfici fucrunt & lethaliter vulnerati. Et sic fratres evaserunt.

ANIMADVERSIONES.

(a) Wernerum ab Urseln Marschalcum Ordinis suisse scribit Grunovijs *Tract. XI. c. V.* cum eandem historiam recenset.

(b) Bischonadam vocat Grunovius *loc. cit.* ubi ea de re sic loquitur: Und er fuhr das Flus Mummel auff/ und kam ins fließ Wagin- gra/ auf welchem man zwischen Littawen und Samayten kommt/ da ein sehr gut stück Landes war / und von den Wassern unverschriet / und da liegt an einem grossen tieffen See die mächtige Stadt Bischonada / & sic etiam urbem hanc postea aliquoties nominat.

CAP. CCCXI.

De

Destructione navis hujus.

Rex